



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XV. Bruder Friedrich von Alvensleben, Comthur zu Supplingenburg, vertauscht alle Besitzungen des Tempelordens in Ellersel an das Kloster zu Althaldensleben, am 9. April 1301.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XIII. Bischof Volrad von Halberstadt bekundet, daß sein Truchseß Johann von Alvensleben seinen Hof in Halberstadt sammt der dazu gehörigen Nicolaicapelle an Schwestern des Prediger-Ordens zur Stiftung des Nicolaklosters verkauft hat, am 13. Mai 1289.

Volradus, dei gratia Halberstadenſis Epiſcopus, curiam unam ſitam in civitate noſtra Halberſtad, quam Johannes Dapifer, qui eam in feudo a nobis tenuerat, dato pro eadem LXXXI Marc. pretio, nobis libere reſignavit, donavimus cum omni jure, quod ad nos ſpectabat, ſororibus Ordinis Predicatorum quiete et pacifice perpetuo poſſidendam, Volentes ut dicta curia et adhuc una ab eis emenda cum bonis ad eaſdem curias pertinentibus, ab omni Advocatia, vigiliis, ſervitiis et exactionibus ſit libera et exempta, Capella vero Sancti Nicolai ſita in curia eaſdem, loco cujus monaſterium poteſt conſtrui, ad ſorores pertinere pleno jure debet. — — Acta ſunt hec anno Domini MCCLXXXIX. tertio idus Maji.

Vollſtändig in Leuckfeldts Antiq. Blanckenb. S. 61. und in beſſen Antiq. Groning. 190.

XIV. Biſchof Volrad von Halberstadt verzeignet dem Kloſter Marienthal Grundſtücke in Groß-Hamersleben, welche die von Alvensleben früher beſeſſen hatten, am 11. November 1295.

Volradus, dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus — ad petitionem honeſti militis, miniſterialis noſtri, Henrici pincerne dicti de Emerfleue, dedimus proprietatem quinque manſorum cum areis ſuis — — conventui Monaſterio vallis ſancte Marie — — in Magna Hamersleve — — ſitorum, quos a nobis in feudo tenuerant communi manu Johannes Dapifer de Alvensleve, eccleſie noſtre miniſterialis, et Gevehardus, Henricus, nec non Fredericus, fratres, milites, dicti de Alvensleve, legitimo proprietatis titulo poſſidendos. — — Datum Langeſten, Anno Domini M^o. CC^o. nonageſimo V^o. III. Idus Novembris.

Vollſtändig in Wärdtwein Nov. ſubſid. dipl. VI, 115.

XV. Bruder Friedrich von Alvensleben, Comthur zu Supplingenburg, vertauſcht alle Beſitzungen des Tempelordens in Ellersel an das Kloſter zu Althaldensleben, am 9. April 1301.

Nos frater Fredericus de Aluensfleue, commendator in Suplingeborg, domus militie Templi — — Conſtet — — quod nos, ex juſſu fratris Frederici de Nigrip, noſtri ge-

neralis preceptoris, — — omnes redditus siue bona in villa Ellerfele sita, fratribus domus militie Templi atinentia, pro omnibus bonis siue redditibus in area ville Tentzenhoge — — conventui sanctimonialium in antiquo Haldefleue — — dedimus ratione concambii — —. Datum anno domini M^o. CCC^o. I^o. quinto idus Aprilis.

Nach einer Abschrift in dem Halb. Dom-Archive, aus Wöhrlich's Sammlung.

XVI. Kunigund von Ebebeck überläßt dem Kloster Marienthal das Eigenthumsrecht an einem Walde, am 26. Dezember 1301.

In nomine domini Amen. Gesta temporum ne calumpnientur a posteris, scripture commendantur memoriis. Inde est quod nos Conegundis, vxor domini Ludolphi de Esbeke militis, presentibus et futuris tenore presentium publice constitemur, quod requisito et expresse habito consilio, consensu et assensu heredum nostrorum, quorum consilium, consensus et assensus de iure fuerant requirendi, vendidimus honorabilibus viris abbati et conuentui vallis sancte Marie monasterii, ordinis cisterciensis, Halberstadenfis diocesis, proprietatem nemoris nostri siue silvam erga villam Helderise cum omni usufructu ac singulis atinentiis et iuribus ad nos iure hereditario devolutam cuius confines sunt in parte orientali silve dominorum sancti Ludgeri prope Helmstad, in occidentali vero parte silva Heifonis de Wellendorp, pro dimidia marca Stendalensis argenti usualis ponderis, quam in nostros usus conversam et integraliter nobis recognoscimus perfolutam, Renunciantes pro nobis ac nostris heredibus omni iuri, quod in dicta silva dinoscimur habuisse, Transferentes eciam in dictos Abbatem et conventum quicquid iuris in dicta silva nobis et nostris heredibus competebat, Promittentes etiam per presentes dicte venditioni per nos vel per alios directe vel indirecte ullo unquam tempore nullatenus contraire. Huius venditionis nostre testes sunt Gevehardus de Alvensleve senior, Burchardus de Berwinkele, Henricus de Dovenstede, Pincerna, Johannes de Wellen, milites, Castellani in Alvenfleue. In cuius rei evidens testimonium nos Conegundis predicta quia sigillum proprium non habemus rogavimus dominum Ludolphum de Esbeke, maritum nostrum, ut sigillum suum presentibus duceret apponendum. Nos quoque Ludolphus de Esbeke, miles, uxoris nostre Conegundis tam dicte precibus annuentes et ipsius approbantes venditionem, Presentem literam sigillo nostro fecimus communiri. Datum anno domini M. CCC. I., in die beati Stephani, datum in Aluenfleue.

Nach Pol. Leyser, Opuscula S. 171.